

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro,&c.D.Georgio, pastori ecclesiae Dei in urbe Arctoa,fratri
sup charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

strina preparari mentes Deus iussit. Ad eam militiam cum te uocauerit, spero etiam tibi affuturum esse: & ut tuos labores adiuuet, cum oro. Vale. Die secundo Ianuarij, anno 1557.

Mitto pagellas, quarum tibi lectionem nõ in suam uem fore arbitror.

Amico cuidam S. D.

J. Botichur

Τέτις μὲν τέτις φίλος, ἀύριαν δὲ μὲρμαξ, inquit Theocritus. Ita & nos consociationem nostri agminis amemus, & quantum possumus tuamur. Prodest etiam Ecclesie & Reipublice, docentes sententia & beneuolentia cõiunctos esse: ac in his qui sunt sine ambitione, durabiliores sunt amicitie.

Pie igitur facis, quòd interdum de beneuolentia tua ad nos scribis. Mitto tibi pagellas non insuaues lectu.

Bene uale: & significa, an has literas & libellum acceperis. Die 6 Iunij, quo ante annos 1909 Alexander Macedo natus est, qui est exemplum humane infirmitatis: quia cum ingentes uirtutes & dona Dei cõtaminasset magnis uitijs, ciuò et uitam & regnum amisit. *Te scrias in genere uitae meliori esse.*

Reuerendo uiro, & c. D. Georgio, pastori Ecclesie Dei in urbe Arctoa, fratri suo charissimo.

Reuerende uir, & charissime frater: Scitis scriptum esse, Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus. Cum igitur

q s tur

tur eximia sit beneficētia illustrissimi Principis Electoris Marchionis & uestra erga Sabinum, qui hoc tempore sine sua culpa in calamitatem incidit: uicissim Deus illustrissimo Principi & uobis benefaciet. Et ut clemēter seruet incolumem illustrissimum Principem, et cum gubernet, Deum toto pe-ctore oro. Sabinus recens mihi scripsit, se prorsus expectare exilium. Ad nos nuper missæ sunt delibe-rationes Prusiæ, de quibus responsones nostras uobis mittam. Commendo uobis hunc Paulum Vr-sinum, uirum honestum, doctum & candidum. Mit-to pagellas, meo more. Bene ualete, Calend. Ian. 14-rii, 1555.

Clarissimo uiro, prudētia, eruditione & uirtute præstanti, domino Thomæ Mat-thiæ, consiliario in clyti Principis Electro-ris Marchionis, &c. fratri suo cha-rissimo, S. D.

Clarissime uir, et charissime frater: Extat dulcissi-ma uirtus apud Clementem Alexandrinum, quam citat ille scriptor ex Sophocle: quanquam in his tra-gædijs quas habemus, non legitur. Sed tibi & alijs bonis non dubito sententiam, uelut insignem gem-mam, placere, ἀπαρ τὸ χεντερον τῆρ ἰσον ἔχει φύ-σις: id est, Boni retinent similes naturas & uolun-tates, nec fortuna mutantur. Est igitur specimen bo-nitatis